

---

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

QUÆDAM,

DE INFANTIBUS TRACTANDIS

COMPLECTENS.

---







6

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
QUÆDAM,  
DE INFANTIBUS TRACTANDIS  
COMPLECTENS;

QUAM,  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,  
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,  
D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.  
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON  
Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,  
Et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;  
*PRO GRADU DOCTORIS,*  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;  
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT  
BARTHOLOMEUS CARTER,

*HIBERNUS,*  
SOCIET. REG. PHYSIC. SOC. HONOR.—SOCIET. AMER. PHYSIC.  
EDIN. SOC. EXTRAORDIN. &C.

---

---

*Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.*

VIRGIL.

---

---

Ad diem 12 Septembris, hora locoque solitis.

---

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO.

TYPIS GEORGII MUDIE ET FILII:

---

1796.







PATRICIO CARTER,  
DE DRUMLEASE;  
NECNON,  
ANDREÆ JOHNSTON,  
DE ADDERGOLD;  
IN  
COMITATU LEITRIM,  
ARMIGERIS.

BARTHOLOMEUS CARTER, S. D.

---

*Pergratum est mihi palam agnoscere quam multum debeo amicitiae vestrae. cujus gratum sensum nulla aetas a memoriâ meâ eruet unquam.—Vivatis diu felices ; atque vobismet prognati, quasi hæreditario jure, virtutes vestras et publicas et privatas possideant.—Credite quod imo ex corde vobis cupio omnia quaecunque velitis.—*

VALETE.

Datam EDINBURGI primo }  
Idus Septembris, }







---

Meantime á smiling offspring rises round,  
And mingles both their graces. By degrees,  
The human blossom blows ; and every day,  
Soft as it rolls along, shews some new charm,  
The father's lustre, and the mother's bloom.  
Then infant reason grows apace, and calls  
For the kind hand of an assiduous care.  
Delightful task ! to rear the tender thought,  
To teach the young idea how to shoot,  
To pour the fresh instruction o'er the mind,  
To breathe th' enlivening spirit, and to fix  
The generous purpose in the glowing breast.

THOMSON.

---



DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

---

QUÆDAM, DE

INFANTIBUS TRACTANDIS

COMPLECTENS.

---

B. CARTER, AUCTORE.

---

**I**NFANS recens natus omnium animalium  
maximè per se indigens est. Morbos ab  
utroque parente derivatos sæpè in lucem fe-  
cum fert, innumerisque ferè malis, quorum  
cætera animalia prorsùs immuniã sunt, ob-  
noxius evadit, Complures annos brevis ævi  
se tuendi ac sustentandi penitùs exfors manet.



Vita ejus intra primum lustrum in perpetuo periculo versatur. Infantum, Londini natorum, primo anno quartam partem, secundo tertiam, tertioque anno exacto, dimidiam e medio sublatam esse, certum et compertum est\*. Undè liquidò patet, causam, cùr tot mortales tam citò post natum extinguantur, inidoneo, quo ab ineptis nutricibus tractantur, modo acceptam referendam esse.

Priùs autem quam propositum ingrediar, hoc præcipiendum mihi videtur, quanti interfit generis humani ut matres teneræ proli ipsæ lac suum præbeant. Quantum e prælectionibus de arte obstetricâ in hâc Almâ Academiâ traditis, quantumque e medicis scriptoribus legendis colligere potui, si esset persuasum matribus quot quantaque mala ex hujus debiti naturæ neglectu cum sibi tum caris pignoribus oriantur, facilè ab malâ hâc consuetudine dimoverentur.

\* Simpson's Tables.



moverentur. Sed propter locum quem inter homines tenent, ad scripta medica iis negatur. Uniuscujusque igitur, sed præsertim medici, est, qui generi humano consulit, in tam pravum, tamque naturæ contrarium, morem invehi, eidemque summâ ope obviâ ire. Primo enim aspectu manifestum erit omnibus, matrem partui suo nutriendo a naturâ destinatam esse. Nam alioquin quorsum pertineret liquor ille blandus mitisque statim post parturitionem a generali sanguinis massâ segregatus, nisi ad parvulum et innocentem infantem alendum?

. . . . . Without a moment's pause,  
 Hear the mute voice of instinct and obey.  
 Know the first efflux from the milky fount  
 Is nature's chemic mixture, which no power  
 Of art presumptuous can supply\*.

Nonnè eodém pertinet idem liquor, cum

A 2

mater

\* Dr Downman on the management of children.



mater infanti eum non præbeat, evanescens? Undè matribus proficiscuntur pessima mala: cujusmodi inflammatio\*, abscessus, mammarum indurationes in carcinomate sæpè defituræ, inflammatio uteri, menorrhagia, similiaque alia sunt.

Otherwise confin'd or urged

Back to their source, what evils may she dread!

Sickness and giddy langour, shivering cold,

And heat alternate, dire obstructions, pangs

Of sharpest torture, cancers, by the juice

Of boasted hemlock not to be remov'd.

Tamen hæc symptomata non sempè evanescentem lactis secretionem subsequuntur; sed dolor, distentio, et febris, in partium tensorum relaxationem

\*Sæpissimè accersitus sum ad mulieres laborantes mammarum inflammatione, quæ, cum omnia remedia secùs processissent, in suppurationem versa eas summâ debilitate implicuit.

relaxationem levemque sudorem interdùm definunt. Natura mulieres prægnantes fieri sæpiùs quam secundo quoque anno noluit. Mulier, quæ partui suo plerumquè mammas ipsa non admovere solet, semèl anni spatio parit; quod eam sempèr debilitat, ac senectutem præmaturam affert. Sic enim corpori tempus, quo reficiatur, non conceditur, et uterus adeò irritabilis fit, ut mulieres abortui, et hinc pendentibus malis, opportunas reddat\*.

. . . . . Harass'd by fatigue,  
The strongest constitution droops; but soon  
The weaker system, like a blighted flower,  
Falls underneath the shock.

Inter multa alia incommoda, mater summo divinitùs dato munere, scilicet fovendæ progeniei voluptate, privatur. Nam pleræque matres, inter lactandum, ingentis gaudii indicia  
produunt.

\* Hamilton prælectiones audi.



produnt. Dolendum est mulierem, ex omni parte perfectam, omnibusque naturæ bonis præditam, tradere prolem suam imbecillem, innocentem, omniumque egenam, ignotæ, fortitàn neque sanæ, neque constitutionem matris similem habenti, quæque nec amat infantem, nec ullius penſi æſtimat.

. . . . . O unblown flower !  
 Soft bud of Spring, planted in foreign ſoil,  
 How wilt thou prosper ! Bruſh'd by other winds  
 In a new clime, and fed by other dews  
 Than ſuit thy nature.

Plures infantes, quos ignotæ, quam quos ſuæ matres nutriunt et educant, perire, nemo inficias ibit \*. Naturæ profuſus contrarium eſt, matrem, que puerum novem menſes ſui quæſi partem intus ſe geſſit, ſimul ac in lucem editus fuerit, ac vitales auras carpere cæperit, quique jam va-

\* Gregory's Comparative View.



gitu, doloribus, ac gemitu, ejus opem ac ministerium optimo jure sibi vindicat, eundem nutrire, et blandientem fovere, non amplius velle. —Ratio, humanitas, et jus, rei adèò crudeli atque scelerosæ adverfantur. Omnes gentes barbaræ, omnia animalia quamvis ferocissima, e fenatis, summâ curâ et gaudio, lac suum præbent. Color vegetior, animi magis hilares, cibi desiderium, universa bona valetudo redux, et interdum phthiseos mora, feminis mollis et delicatioris corporis constitutionis, e lactando contingunt\*.

. . . . . View then the fair  
 Who to this sweet employment turns her mind ;  
 Delighted health fits on her polish'd brow,  
 And shews the veins beneath. Spreads o'er her cheek  
The

\* “ The mother would likewise, in most hysterical nervous cases, establish her own health by it, though she were weak and sickly before, as well as that of her offspring.”—CADOGAN.



The vermil glow ; her eyes with lustre fills ;  
 Decks her with radiant smiles, and all her form  
 With grace ineffable and comeliness  
 Invests.

Huc adde pauciores fœminas, dum uterum gerunt, dumve prolem nutriunt, quam aliæ aliter se habentes, morti succumbere \*. Sæpè tamen usu venit, mulierem natum et amantem et nutriendi cupidam, vel propter peculiarem locum in quo fita est, vel mammarum pravam conformationem, vel demùm propter constitutionem nimis teneram, partui lacte suo alendo inhabilem fieri. Præsertim cum primùm infans ubera ducere incipit, mater languescit, lassescit, vires deficiunt, cibum fastidit, et motui omnigeno adversa fit. Sæpè etiam cum conviviis in multam noctem productis, lautiori victui, cæterisque noxiis, se nimis et sæpiùs dent, lac earum penitus deficit. Tales mulieres nutrices parùm idoneæ habendæ sunt. Infans, si id sine dam-

no

\* Hamilton Prælectiones audi.

no fieri potest, a lacte materno depellendus, vel nutrici lactanti tradendus est. Sed quoniam mihi in animo est, omnia, quæ in nutrice mercede conductâ requiruntur, narrare, hâc indagatione hîc loci misâ, quæ tractatio infantis nondum a lacte depulsi idonea sit differere pergam.

Infans recens natus varias subit mutationes : ex uno elemento in alterum transit ; sanguinis cursus mutatur ; cavum thoracis ab aëre distenditur ; diaphragma et muscoli intercostales, quæ antèa requieverant, ad actionem cientur, deniquè respiratio jam inchoat. Subitus a temperaturâ calidâ ad frigidam transitus, quem infans patitur, cum primùm in mundum prodit, quam maximam obstetricis curam sibi vindicat ; ab hujus enim neglectu pessima mala, ophthalmia scilicet, tussis, tormina intestinorum, similiaque alia oriuntur. Infans in pannum laneum calidum factum statim excipiendus est, ibique

B aliquamdiù



aliquandiù in manibus alicujus circumstantium manere debet. Sic enim tempus ei dabitur quò recreetur a defatigatione subito locum mutandi, musculosque respirationis nunc primum exercendi. Infantem vestiendi cunctatio, (præsertim cum pannis laneis ante focum involutus fit), nullis malis originem præbebit, puerque illum laborem, brevi interjecto tempore, melius ferre poterit. Mos infundendi in os infantis recens nati, misturam butyro saccharoque constantem, vel sale, communi aquâ admisto, ad os scilicet, et intestina purgandum, nunquam satis vituperari potest. Natura enim nullo istiusmodi auxilio eget; cum colostrum, seu primum lac matris, suâ naturâ purget, et sic effectum optatum sine ullo infanti periculo præstet\*.

See

\* White's Treatise on Pregnant and Lying-in Women.

. . . . . See where the treach'rous nurse,  
 Or Priestess of Lucina, in her hand  
 The ready med'cine brings! forwarn'd, beware  
 Within the fatal drug lurks death; by this  
 Thousands from yet untasted life retire,  
 Thousands of infant souls: yet sanctified  
 By custom, other reasons are assign'd,  
 And nature is accus'd of impious deeds  
 She ne'er committed.

Infuper his, desiderium lactis, hujus secretioni  
 adeò respondet, ut nulla hujus acerbi remedii  
 excusatio fit. Sed si pituitæ tantum abundat  
 quantum respirationi obstet, vel aliquem ingra-  
 tum sensum suscitet, aliquantum sacchari, prout  
 arundine extractum fuerit, aquâ admistum, sa-  
 tis tutò adhibeatur. Infantis' recens nati cutis  
 lævis admodum et rubra existit; nam propter  
 ejus tenuitatem color sanguinis per eam manifes-  
 tus apparet. Materiâ albidâ glutinosâ, obducta  
 est, ad quam violentè tollendam nutrices summâ  
 ope nituntur, quippe quæ ineptè putent, si ma-  
 neret exitio fore. Sed quum hanc materiam,



quâ defendatur fœtus dum in liquore amnii natat, naturâ præbeat, non necessarium, vel potius crudele, videtur, infantis cutem teneram mappis hirsutis fricare, aliisque tam malè ejus corpori delicato accommodatis irritare, præsertim cum una vel altera lavatio plerumque eam facilè detergat\*. Verum enimvero præcipuam nutricis curam sibi vindicant infantis poplites, inguina, axillæ, cervixque, ubi præ cæteris partibus hæc lenta materia maximè abundat. Lenis frictio et aqua calida cum sapone, ad hanc materiam summovendam fatès efficaces inveniuntur, et hujusmodi tractatio necessitati vulgò creditæ has partes radendi et terendi, superse-  
debit. Lavatio tres vel quatuor dies post natum sèmel vel bis die continuari debet; sic enim eruptio illa, *Red-gum* Anglicè vocata, aliæque affectiones cutis arcentur.

VESTITUS

\* Female Complaints.

## VESTITUS INFANTILIS.

Multi errores, qui olîm valuerunt de infantibus vestiendis, hodie abolentur; et optandum est usum spinularum et fasciarum arctarum, quibus infantes includuntur, profùs ubique abactum iri. Nam in nullâ aliâ eorum curationis parte simplicitas et libertas magis necessariae sunt. “ \* The evident tokens of delight, “ which the little creature shews on recovering the free use of its limbs, and the strong reluctance it discovers to be again remitted to its bondage, one would think should strike conviction of the cruelty and absurdity of such a practice into the most stupid of mankind.” Misellus infans nupèr in lucem editus suis parvulis membris vix cæpit uti, cum in vincula fæva, magisque naturæ contraria, iterum

\* Gregory's Comparative View.



rùm conjicitur. Caput ejus firmitèr figitur, crura vinciuntur, brachia lateribus connectuntur, fasciisque demùm tam arctis constringitur, ut nullum membrum movere possit. Illæ gentes, quæ infantes suos tantùm laxè vestiunt, nec fasciis involvunt, sanè magnæ sapientiæ argumentum præbent. Indi, Japanenses, Æthiopes, omnesque ferè Americæ Australis incolæ, infantes suos nudos in lectis e gossipio factis, a tecto pendentibus, vel in cunis pellitis, reponunt, qui mos et communi seufui, et humanitati consentaneus est \*. Natura enim nullum alium vestitûs usum, nisi homines a frigore defendere, agnoscit; igitur nîl amplius necessarium videtur nisi fatîs densum vestimentum infantibus superinducere. Fasciæ arctæ, quibus infantes includuntur, iis molestiæ et dolori non esse non possunt; et conatus, ad sese liberandos, eos magis deformes reddent quam ullæ corporis positiones quas, sibi relicti, assumerent.

Sed

\* Buffon's Nat. Hist.

Sed status iners, in quo manere coguntur, non minùs nocet quam iidem conatus. Infantes pariter ac omnium animalium nati ad motum proclives sunt. Motus autem, eorum incremento et functionum augmini favet, sanguinis circuitum promovet, cæterorumque humorum secretionem auget. Fasciæ infantiles, eodem modo ac isti thoraces nexiles (ut ità dixerim) *Stays* Anglicè dicti, plures morbos et majorem deformitatem creant, quam creduntur arcere. Illi infantes, igitur, qui sibimet relinquuntur, membraque sua pro arbitrio exercere sinuntur, optimâ valetudine fruuntur, puerique validissimi fiunt. Volumen lanulæ sex digitos latum infantem medium laxè complectatur, ut regionem umbilicalem sustentet. Sed infantem ità complectatur ut nullum periculum sit intestina in scrotum protrudendi. Super hoc imponatur indusium et opperimentum tenui lanulâ constans, a medio corpore ad pedes pertinens, cingulo crassi linteï duos digitos lato supernè ligatum,



gatum, et sic altero lanulæ volumine non opus erit, nullaque ejus incommoda fequentur. Totus hic veftitus, fi laxè aptatus fuerit, fuis membris utendi infanti copiam dabit. Nulla hîc inæqualis preffura libero fanguinis circuitui, vel partium incremento obftabit, vel deformitati occafionem præbebit. Peruviani infantum fuorum brachia libera facculo involvunt; et cùm jàm paulo provectiores ætate fint, in caveâ parvâ, hoc confilio in terrâ confofsâ, cujus parietes e goffipio constant, vacui ludere permittuntur \*. Indufio linteo ac tunicâ ejufdem generis noctu involvi debent. Nutrix infanti veftimenta ante focum imponere debet, dùm univerfum ejus corpus manu fuâ leniter fricat.

SOMNUS.

\* Buffon's Nat. Hift.

## SOMNUS.

Per sex vel septem primos dies infans semper ferè dormit, et, nisi cum fames vel dolor eum urgeant, nunquam expergiscitur. Ejus somnus igitur plerumquè in vagitum difinit. Inter dormiendum quam maximè quietus servandus est; nam infans ad somnum suâ spontè opportunus, semper optimâ valetudine frui observatur; infans e contrario cujus somnus parum recreans est, et qui aëri frigido nimis exponitur, semper sollicitus et debilis permanet\*. Cum autem una vel altera post natum hebdomada jam preterit, huic ad somnum proclivitati infans non indulgere interdiù permittendus est, nam indè pendent multa iucommoda. Cum

C

enim

\* Mofs on Children.



enim infans totam diem somno transeat, aliquam noctis partem vigilet necesse est; quod matri, si infantem nutrit, nunquam non nocebit, quoniam sic somno et quiete, quibus indiget, noctu privatur. Cum igitur infantes per noctem vigilant, somnoque parùm recreante fruuntur, maximam diei partem vigiles servandi, tantumque exercendi sunt, quantum pro ætate licet; puerque, si sanus est, huic exercitationi brevi affuefcet, nec cunis unquam illi opus erit. Infante somno composito, omnis cunarum agitatio vitari debet; si enim forsitàn infans noctu sponte experrectus fuerit, totam reliquam noctem indefinentèr vagiet, donèc agitatio cunarum iterùm adhibeatur, quod nutrici paritèr ac infanti nonnunquam intempestivum erit: mater enim quæ somno frui nequit lac non præbet æquè bonum ac illa quæ placidè per noctem requiescere solet. Porro cunarum agitationem, diri mali, quod infantes tam sæpè adoritur, hydrocephali interni scilicet, originem

nem haud rarò existere, credibile videtur. Infantes quoque qui in cunis non agitantur, vel unà cum matribus recumbere solent, optimâ valetudine fruuntur, adque morbos minus proni existunt. Quamvis infantes sani diù suâ sponte dormiant, iis tamen somnus ultra certos limites productus sempèr nocebit. Cum igitur diutiùs justo somnum continuent, motu leni gratis et suavibus sonis, rebus splendidis oculis oblatis, excitari debent. Infantes oculos suos ad splendidissimam conclavis partem sempèr dirigunt, et si propter eorum situm ambos oculos eodem tempore exercere nequeunt, unus ex iis plus roboris quam alter adipiscetur, infantesque sic sæpe fiunt strabones \*; cui vitio occuritur inam cunarum partem e regione fenestræ locando.

\* Buffon's Nat. Hist.



## DIÆTA.

Lac e mammis educ̄tum cibum maximè naturalem esse, quo infantes alantur, non dubitandum est : sed ignorantia temporis, quo mater infanti suo mammas præbere debeat, multorum errorum causa et origo fuit. Plerumquè lactis secretio duodecimâ vel decimâ quartâ post parturitionem horâ in mulieribus fit ; sed propter dolorem parturiendi hæc secretio non satis plena redditur ante horam vigesimam quartam, nec ante id tempus infantes lac recipere sunt parati. Tunc, igitur, mammas infantibus admovendas esse mihi videtur, et sic tempus, quo papillæ formentur, et lac paulatim discernatur, dabitur. Hinc magnus dolor anxietasque vel abscessus non sequentur, hinc feбри isti a lactis conditione pendentì optimè occurri potest. Sed sæpè infantes papillas ad-

mittere

mittere difficillimè coguntur, quod a parvâ prâ-  
 vâque papillæ formâ oriri videtur. Alter infans  
 ætate paulò major, vel etiam aliquis adultus,  
 ducat ubera, ut infanti recèns genito aptentur,  
 neceffe est: mammæ autem haud rarò lacte  
 adèò tumidæ et distentæ sunt, ut papillæ pror-  
 fùs obruantur. Quod cum accidit, calidâ aquâ et  
 lacte lavandæ, instrumentaque vitrea, lac extra-  
 hendo habilia, papillis ipsis applicanda sunt.  
 Si hoc aliquandiu factum fit, papillæ citò evol-  
 ventur, easque infans labellis suis prehendere  
 poterit. Si matri lac abundet, infanti, intra  
 primum vel secundum mensem, nullo alio cibi  
 genere usus erit. Cum infans teneram corporis  
 constitutionem habet, cibus lacteus, donèc tres  
 quatuorve menses prætierint, sempèr adhibendus  
 est. Usus enim prematurus solidi, vel e carne  
 confecti, cibi, pessimorum malorum causa sæpè  
 fit. Talis cibus, quippè quem tenerâ hâc ætate  
 ventriculus concoquere nequit, infantem oppri-  
 mit; constitutionem debilitat, non roborat;



vermes intestinorum, colicam perpetuam, ventrem inflatum tumidumque, lentas febres, marasimum, diarrhæam, crebram cardialgiam, creat; hinc forsitàn causa, cur rachitis tam sæpè adoriatur plebeios infantes, pendet \*. Sed si infans sanus et validus est, nec nutrimento, quod mater impertit, contentus, sub secundi mensis finem pauxillum panis duri cum lacte et aquâ decocti, semèl vel bîs die concedendum est. Si infans alvo præcipiti laborat, panis recentis dura pars externa in aquâ aliquandiù decoquatur donèc in pulmentum redigatur. Aqua reliqua exprimatur, cui una pars lactis duæque aquæ fontanæ admisceantur. Hæc mistura ab infante satîs commodè sumatur. Sed si perpetuum cibi desiderium, a sanitatis statu matris, vel lactis conditione, pendet, nutrix lactans statim mercede conducenda est.

Matri

\* Zimmerman on Experience.

Underwood on the diseases of Children,

Ferris on Milk.

Matri solatio et levamini curæ, nec infanti injuriæ, foret, certis temporibus eum alere. Sed ad hanc rem efficiendam, curam et attentionem adhibendum est\*. Nam etsi naturæ prorsus consonans sit, infantem mammis alere; sæpè tamen usu venit, matrem, vel propter adversam, quâ utitur, valetudinem, vel propter lactis defectum, infantem suum neque ipsam nutrire posse, neque sanè alienæ nutrici, quippe quam idoneam invenire difficillime sit, tradendum velle. Quin etiam quoniam multi infantes ubera materna ducere recusant, matrem igitur prolem manu suâ alere oportet. Si infans sanâ valetudine utitur, hic modus eum nutriendi sæpè prosperus evadit; e contrario autem, si debilis, sollicitus, irritabilis est, eidem modo tractandi eum multa obstabunt. Infans, ut supra dictum est, statim post natum cibo non indiget, nîl cibi enim ante natum per os accipit; quamobrem instrumenta concoctionis munera

sua

\* Mofs on Children.



fua peragere hæud statim funt parata\*. Cum igitur mammis non admotus fit infans, aliquod remedium mite ad mucum et meconium, quibus intestina illinuntur, purgandum, et ad exinanitiones, quæ accipiendo et concoquendo cibum eum habilem reddunt, expediendas, necessarium erit. Pauxillum sacchari, vel mannæ in aquâ solutæ, hoc efficiet. Sed cavendum est ne hæc exinanitio nimia fiat, propter diarrhœæ molestæ et tenesmi periculum. Aliquot igitur horarum spatium prius prætereat quam infanti mammæ admoveantur. Interim lac animalium in materni locum subeat. Verum cum lac afininum, quod ad saporem, colorem, spissitatemque attinet, humano lacti similius sit quam ullum aliud lac, ideò maximi æstimandum est. Leve concoctaque facile est, et delicato debili que ventriculo infantum accomodatissimum. Præbendum est illis tepidum, sine pane vel saccharo,

\* Hamilton et Monro prælectiones audi.

ro, prout uberibus eductum fuerit. Panis enim quomodo cunque datus ætati adeò teneræ nunquàm idoneus est, ructusque acidus vel diarrhœam parit. Quoniam vero lac affininum adeò rarum est ut pauci id emere possint, lac vaccinum, quippe quod usitatius viliusque fit, in afinini locum suffici potest. Verum enimvero cum fit multo pinguius spissiusque lacte afinino vel humano, in pulmento hordeaceo diluendum est, quod gratum cibi genus efficit. Lac tamen, præsertim in magnis urbibus, vulgò aquâ admistum est; ideo quantum pulmenti cum eo misceri debeat, difficile est dictu. Una pars, lactis prout vaccâ expressum fuerit, cum duabus pulmenti vel aquæ hordeaceæ partibus, cibum satè nutrientem conflare videtur. Per spatium secundæ vel tertię hebdomadæ recens, et nunquàm decoctum, lac esse debet. Nam cum fit decoctum semper mutatur, difficiliter concoctum fit, alvumque astringere solet. Tertio post natum mense exacto, vice pulmenti fungi potest

cornu cervi concretum ; utpote quod magis nutriens fit, lactisque acori obftet \* ; lac enim magis minusve acidum est secundum cibi genus quo animal vescitur †. Lacti pauxillulum sacchari accedat ; quod si hoc acorem in ventriculo creat, jus, e carne vitulinâ vel pullinâ confectum, ad huic effectui occurrendum adhibeatur, si ejus usum nulla incommoda gravia comitentur. Sed lac vaccinum jusculumque bubulum pari quantitate mista, huic consilio meliùs inservient, quippe quæ, misturam, lacti mammaram quam simillimam, efficiant, et, infantibus ægritudine vel vomitu laborantibus, maximè salutaria esse inveniantur. Ad jusculum vitulinum efficiendum, carnis vitulinæ aliquantum, in minuta frusta divisum, aliquandiù eliciatur ; quo factò, summum jusculum despumandum est. Infans tali jusculo recens factò pasci debet ‡. Sub

quarti

\* Underwood on the Diseases of Children.

† Young de Lacte.

‡ Moss on the Diseases of Children.



quarti mensis finem aliquantulum panis huic  
 jufculo addere licet ; quod tùm augeatur cum  
 ventriculus cibum lautiozem perpeti poffit, cum-  
 que infans ætate paulò major jàm fit. Nunc  
 refat de modo optimo infantes manu pascendi  
 pauca memorare. Ob multas caufas cochleare  
 commune, vel *cornu* quod vocatur, minimè ido-  
 neum eft. Machina autem ifta, quam Dr  
 Smith\* primus invenit, omnibus aliis modis  
 anteponenda eft. Conftat e corpore et tubulo  
 longo, paucis foraminibus terebrato, qui ab imo  
 oritur. Tubuli extrema pars fuperior pergame-  
 nâ lævi tegi debet, fìc enim papillæ officio op-  
 timè fungetur. Porò actione mufculorum,  
 quibus infans inter ubera ducendum utitur, ci-  
 bus et faliva bene inter fe commifcentur, et  
 concoctio alimenti multum promovetur. Mif-  
 tura fuprà memorata, tenuis, lactique mamma-  
 rum, quoad fpiffitatem, quam fimillima effe de-  
 bet ; ut fìc per foramina facilè tranfeat. Hic

\* Smith's Letters.

modus infantem pascendi tam infanti ipsi quam nutrici accomodatus erit, neque infans nimis pasci periclitatur; nam absurdus mos inter nutrices valet, nimirum compluria cochlearia cibi plena, cum infans vagiat neque alimento egeat, in gulam detrudendi, ad eum scilicet placandum. Si quando infans morbo aliquo, cujus febris pars est, tentatur, cibus parcus, sed multus potus aquosus, veluti aqua hordeacea, ei permittendus est. Cum alvus sit fusa ptisanarium oryzæ infanti detur. Potus autem e cornu cervi ramentis et farinâ depstâ conflatus, eodem pertinebit\*. Vel oryzæ molitæ aliquantum cum cinnamomo in octo aquæ fontanæ unciis decoquatur, donèc penè nulla aqua reliqua sit. Huic deindè accedat sextarius lactis, deniquè mistura tota per pauca temporis *minuta* super focum lenitèr bulliat. Postea eliciatur, et, ut potus gratus fiat, cum saccharo misceatur †. Quod

fi

\* Underwood.

† Smith's Letters.

si lac eructatur ab infante coagulatum, creta præparata, vel terrarum absorbentium aliqua acori in primis viis obviam ibit, vel ad huic consilio inserviendum jusculum bubulum cum aliquanto farinæ depstæ, non fermentatæ, loco panis præparetur, quod et cibus gratus est, et acori obstat.

EXERCITATIO.



## EXERCITATIO.

Per primam ferè hebdomadam infans e cubiculo non efferendus, sed, nisi ut alatur, vestiat, vel lavetur, cunis sempèr continendus, est. Mense jam ferè elapso, exercitatio, pro infantis robore et valetudine, paulatim augeatur; infansque prius vestimentis benè tectus, et a frigore defensus, in aliam ædium partem vectitandus est. Cum primùm infans sub Jove frigido versatur, nisi summa cura adhibetur, multis periculis obnoxius est. Hoc tempore nutrix infantem exercere debet in suis manibus, hìc verò modus servandus est; infans enim ætate hâc valdè timidus, convulsionibusque opportunus, est. Quandò primùm foràs evehendus fit, a cœli flatu, infantis valetudine et constitutione, omninò pendet: et utilitas aëris puri ab sequen-

ti facile videbitur: “ In the year 1767, in con-  
 “ fequence of the humane fuggeftions of Mr  
 “ Jonas Hanway, an act of parliament was  
 “ paffed, obliging the parifh-officers of Lon-  
 “ don and Weftminfter, to fend their infant  
 “ poor to be nurfed in the country, at  
 “ proper diftances from town. Before this  
 “ benevolent meafure took place, not above  
 “ one in twenty-four of the poor children  
 “ received into the work-houfes lived to be a  
 “ year old ; fo that out of 2800, the average  
 “ annual number admitted, 2690 died; where-  
 “ as fince this meafure was adopted, only 450  
 “ out of the whole number die ; and the great-  
 “ eft part of thofe deaths happen during the  
 “ three weeks that the children are kept in  
 “ the working-houfes \*.” Si cœlum ferenum  
 eſt nutrix infantem fecum foràs vehat ſub fe-  
 cundi menſis finem. Sed infans non ſempèr ſuper  
 eodem

\* Examination of Dr Price’s Eſſay on Population,  
 by the Rev. John Howlett.

eodem brachio recubet, neque in eodem ftatu maneat. Hoc enim deformitatis frequentiffima origo eft. Neque nutrix infantem in aliquo loco diù detineat, fed quoquo verfùm circumvehat; et fìc infanti aër frigidus non nocabit.

LAVATIO.



## LAVATIO.

Antequam infans vestitus fit manè in aquâ tepidâ per duas hebdomadas quotidie lavandus est. Aqua tepida esse debet ne ejus frigus infanti noceat. Aqua autem quoties infans lavatur, paulò frigidior usquè adhibenda est, donèc eò perveniatur, ut ipsam aquam frigidam post mensem ferre possit. Incolæ regionum Septentrionalium infantes suos, simul ac in mundum prodeunt, in aquam frigidam vel etiam nivem altam immittere solent. Cum lavatur infans ne sæpiùs quam semel immergatur. Finito jam opere, frictio secundum spinam dorsi corporisque extremitates, per mantilia tonfis villis, infanti impertiatur; sic enim calor gratus per universum corpus excitatur. Cum infans hilaris est, cum bonâ valetudine et cibi ap-

petitu fruatur, et non nimis delicatus est, balneum frigidum ad salutem ejus conferre concludere æquum est. Quoniam infantes rarò morbis afficiantur, qui balneo frigido officerent, mori lavandi eos complures annos continuos insistendum est. Nam infantibus delicatis et debilibus plurimùm prodest, corpusque univèrsum roborat.

## A LACTE DEPULSIO.

Quædam res, præfertim autem qualitas vel quantitas matris vel nutricis lactis, tempus, quo infantes a lacte depelli debeant, indicant. Priùs autem quam hoc fieri liceat, infans bonâ valetudine frui debet; variolas eum adortas fuisse dentesque incisores et caninos apparuisse, largiorem cibum solidum, parcius lac maternum, devorare infantem didicisse, necesse est. Cum mulieres, quæ infantes suos ipsæ nutriunt, non citiùs quam semèl anni spatio prægnantes fieri solent cumque infans nil detrimenti e morâ capit, mensis octavus vel duodecimus, tempus infanti a lacte depellendo maximè conveniens videtur.



. . . . . The child long time  
Fed by the vital fluid, now requires  
Dismission from the breast\*.

† Incolæ Canadæ infantes quinque sexve continuos annos alunt mammis. Infanti a lacte depulso permittendæ sunt paucæ tincturæ opii guttæ per unam vel alteram noctem, sed non ampliùs, nisi diarrhæa eum urget. Cibus futurus levis concoctuque facilis esse debet, nullusque potus noctu concedendus est; nam hinc mala consuetudo oriretur alicui futuro morbo viam sternere periclitans.

Jàm ad finem perductis quæ mihi in animo fuit de infantibus tractandis differere, nutricis exercitatio et diæta adhuc considerandæ sunt. Manifestum est magnam curam adhibendum esse in nutrice lactante deligendâ, sed præcipuè

in

\* Dr Downman.

† Buffon's Nat. Hist.

in magnis urbibus. Imprimis, num lac ejus bonum sit? quærat. Quò pertinebit si juvenis, sana, boni coloris, et ad menses non proclivior est. Mammæ ejus prominere, bene formatæ, neque nimis magnæ, bonisque papillis instructæ, esse debent. Lac tenue, subcæruleum, dulce, largè secretum, esse oportet. Omni labe hæreditariâ vel venereâ careat. Indole miti et minimè irritabili sit; animi enim affectus, quales sunt mæror, vel gaudium moderaminis expers, lactis naturam plurimùm mutare, certum et compertum est, ut ex exemplo sequenti constat. Mulier quædam subito viri sui, qui complures menses abfuerat, adventu magno gaudio affecta est et infanti mammas admovit. Hic autem convulsionibus statim implicitus, fato brevè functus est\*. Mulier, quæ complures natos pepererit, melior quam alia nutrix fiet. Liquores spirituosos non amet, infansque a lacte depellendus est, vel alienæ tradendus.

Mulier

\*. Armstrong on the Diseases of Children.



Mulier rustica omnibus aliis præstat, propter idoneam et naturalem vitam quam degit. Rousseau hac de re differens, his utitur verbis : “ A  
“ nurse should have a good heart as well as  
“ good health : The intemperature of the pas-  
“ sions will alter her milk, as well as that of  
“ the humours : Add to this, that to regard the  
“ matter only in a physical light, is to take a  
“ view but of half the object. A nurse may  
“ be a very bad one, and yet her milk may  
“ be good : A good disposition is as essential  
“ as a good constitution. If we take a vicious  
“ woman, I do not say the child will contract  
“ her vices, but I say it will suffer by them.  
“ Is it not incumbent on her to be careful,  
“ obliging, and cleanly, as well as to suckle it?  
“ If she be gormandizing and intemperate, she  
“ will soon spoil her milk ; if she be negligent  
“ or passionate, what will become of the poor  
“ little wretch that lies at her mercy, and can  
“ neither defend itself nor complain.”



## NUTRICIS DIÆTA.

Nutricis constitutio et peculiaris corporis habitus sibi attentionem meritò vindicant. Diætã simplicem concoctuque facilem esse oportet, e plantis potissimùm petitam, vel in formâ jusculi datam. Aliquantum cerevisiæ (Porter) vulgò dictæ vel vini, si prior vivendi genus hoc requirit, concedendum est.

## EXERCITATIO



## NUTRICIS EXERCITATIO.

Exercitatio modica ad nutricis salutem plurimum conducit. Si nutrix olim multum exercitari solita est, exercitatione subito relicta, grave salutis incommodum sequeretur. Si constitutionem delicatam et a minima exercitatione ad sudorem proclivem, habet, ut corporis vigor reficiatur, et secretio lactis promoveatur, lavatio marina optimum remedium repertum est,

F I N I S.